

C. A. OP. S.

DECISIONES SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI,

Per Excellentissimum Virum

MATTHÆVM DE AFFLICTIS

I. C. PRÆSTANTISSIMVM.

Eiusdem Sacri Consilij Regium olim Consiliarium Collectæ.

THOMAE GRAMMATICI, ET CAESARIS VRSILEI

I. C. Neapolitan. aureis adnotacionibus, Casuumq; nouis quibusdam
Decisionibus separatim olim editis, illustrata, & quam di-
ligentissime hac postrema editione recognita.

ACCESSIONE ADDITIONES AVREAE IO. ANGELI PISANELLI,

PROSPERI CARAVITAE, MEROYMI DE MARTINO, ET M. ANT. PYLERINI
magni nominis Iurisconsultorum, cuique Decisioni Afflicti subnexæ.

Cum Summarijs, & Indice ad singulas utriusque Decisiones locupletissimis.

C V M P R I V I L E G I O.



VENETIIS, M DC XII.

Apud Societatem Minimam.

NICOLAO ANTONIO GIZZARELLO

M YVRIS CONSULTO CLARISSIMO,

Atque in supremo huius Regni Praetorio Senatori, Aulaeque Regiae
Decano meritissimo.

Andreas Peregrinus Bibliopolis Neapolitanus, gaudere, & bene
rem gerere exoptat.



NNIS iam non multis elapsis (vt tu optimè nosti) Nicolae Antonii præstantissime, dum aurea quædam Singularia, iutis que Notabilia Doctoris Roberti Maranthe senioris, vna cum eius prætypis excudenda curassem, tibi potissimum, nec cuiquam alteri Principi ea dicare malui, atque id quidem summo iure, vt tunc pluribus me probasse, non vereor. Nunc verò cum & mea, & amicorum quorundam industria singulari ad meas peruenissent manus aureæ quædam in Decisiones illius nostri conciusis D. Matthæi de Afflictis Annotations Ioannis Angeli Pisanelli, Prosperi Caraitez, Marci Antonij Puluerini; atque Hieronymi de Martino eximiorum quidem hac nostra ferè tempestate virorum, ne transuersum quidem (vt aiunt, vnguem à pristina illa mea sententia discedens: sed in ea vehementius insitens, sub inclito tui nominis clypeo potius eas cum ijsdem Decisionibus, ac Thomæ Grammatici, atque Cesaris Vrsilli super ijs Additionibus edere constitui; consultius enim mihi visum est sub tuis felicissimis auspicijs, quam aliorum efficere, quamvis plures essent qui non modo sub osculis signis, sed etiam expressis verbis se se mihi prætulerint, ac veluti quodam iure suo id a me flagitate, sibiq; vendicare gestierint, sed horum votis abnuendum esse duxi. Tibi vero, qui & ingenij dexteritate plurimum potes, & sapientia, ac rerum peritia penè cunctos excellis; vt omnes te à rerum parente natura, singulari quadam prouidentia effectum atque effectum esse existiment, vel maximè deferendum censui, vt tui nominis celebritas simul cum munere æternitati consecretur. Siquidem mihi satis compertum est, propediem vniuersum orbem pleno ore affirmatur, me haec mea de te concepta opinione minimè esse deceptum. Decisiones, namque S. R. C. Neapolitani; quæ abs te summo studio, atque eleganti stylo, vt vna iam omnium voce feruntur congregatae ac maximo omnium desiderio expectantur indies, hoc clarius expriment, atque vberius confirmabunt: Talentum enim quod tibi à Deo optimo Maximo traditum est, non veluti terruis nequam, atque improbus in terra abscondisti, sed Reip. consulendo, illud in medium proferens, preciosius efficis idque iure merito; ager enim quamvis fertilis si sine cultura, vt inquit Arpinus fructuofus esse non potest. Eia igitur macte virtute, emittas felicissimum præstantis ingenij tui partum, & munusculum hoc, meis quidem exiguis viribus, quamvis non tuo eximio ingenio, ac meritis consentaneum, hilari animo, atque fronte accipere ne graueris. Sic enim Regem illum Artaxerxes benignitate, atque animi gratitudine imitaberis, qui munuscula non ex rei præstantia, aut magnitudine, verum offerentis studio atque animo pendebat. Vale.

Neapol. Kaland. Ian. MDC IIII.

D· M A T T H A E I D E A F F L I C T I S

P A R T E N O P A E I S V M M I I . C.
Ac Consiliarij Regij, in Opus Decisionum Sacri Consilij Neapolitani,
ad patriam suam, & Vrbem Neapolim.

Præfatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Humilitas Iesu Christi in exemplum nobis prescripta est, quæ omnem aliam exuperat.
- 2 Cittati obligamus in qua nascimur, alimus, & docemur.
- 3 Cittas prestat eisibus præsidium.
- 4 Sacerdotibus omnis honor & reverentia debetur, propter spirituale pabulum, quod fidelibus admisserant.
- 5 Orare pro defunctis tenemur, amicis benefacere, & inimicos diligere.
- 6 Oratio à pauci purgatoriū liberat.
- 7 Quibus non deprehendit se nisi cum est quietus.
- 8 Prudens non prozlat que non potest probare.
- 9 Doce et vigua offerentis voluntate pensantur.

- 1 Cittatis in tres partes divisio.
- 2 Monarchia vera tria requirit, cultum Diuum, potentiam, & sapientiam.
- 3 Testimonium de veritate reddere, eis principium inter omnia terrrena.
- 4 Oratio debet esse crebra & brevis.
- 5 Consilium Regium est locus terribilis propter sapientes in illo astantes.
- 6 Seniores sunt prudentes, & cur.
- 7 Prudentia est prouidere de frumento propter futuram famem.
- 8 Prudentes illuminant Regnum, & sunt in Consilio.
- 9 Laudare scipium est indecens, sic ut se superare.
- 10 Silentiam interdum conducit.



IHILL est in hac vita mortali, quo possumus Deo familiarius iungi, quam ipsum amare, & proximum diligere: quia eius opera in omni magnificentia fecit; vt in Psal. 103. Et ideo eius suffragium humiliter imploramus, vt per eius misericordiam nostra bona opera coepit ad finem perducatur. Et tunc speramus eius misericordiam impetrare, cum ipsum creatorum omnium amamus, & ab eius mandatis optamus non deviari, & eis toto mentis affectu, & omni conatu cupimus obtemperare; nam ipse Deus per os Prophetarum mandauit sua mandata custodiri nimis; vt in Psal. 118. Cumque non solum tranquam creati ab omnipotente Deo Patre & Filio & Spiritu sancto, qui pro salute humani generis voluit incarnari, Filium suum de Spiritu sancto, ex gloriosa Virgine Diuina Maria, quo incarnato & nato in nostrum exemplum intantum est humiliatus, quod si exinanuit, quando se ad infima inclinavit, secundum B. Bernardum, vt refert Ioan. And. in Noucl. c. 1. de poenit. lib. 6. Cui debetur omnis honor, charitas & obedientia; non tantum in expedientibus & honestis, & indifferentibus (vt in præceptis Decalogi moralibus & iudicialibus,) me per maximè obnoxium sentio, sed etiam me obligatum cognosco huic nobilissimæ Neapolitanæ Cittati, quæ me genuit, aluit, docuit, & cōseruavit; vt sim ei fidelis, & famulatū exhibeā. Hæc est illa Cittas, quæ præstat præsidium, vt inquit Cic. de Off. lib. 2. c. 23. [†] Quinum obligatum me sentio Sacerdotibus qui nobis præstant pabula spiritualia; quibus propterea debetur omnis honor & reverentia; vt in epist. Pauli 1. ad Corint. 4. c. ibi: In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Qui patres nostri spirituales dicuntur; ideo glo. super illo 5. c. Deut. Honora patrem, &c. dicit carnalem & spiritualem, & alia glo. dicit ibi, Deum & ecclesiam. [†] Deinde virtuosis senibus dictæ Cittaris; nam dicit Apost. 1. ad Tim. 5. c. Senorem ne increpaueris, sed obserua vt patrē, ac defunctis meis in orando; quoniam oratio potest a peccatis Purgatoriū eos euellere. Atque proximis nostris, vt eis non faciamus quæ nobis ipsi facere abhorremus. Necnon amicis & benefactoribus nostris, in retribuendo eis vicissitudinem benevolentia & gratitudinis. Post hos inimicis æmulis nostris, qui linguis acutis mientientibus nos mordent, ad orandum & orari faciendum, vt altissimus eis virtutem charitatis infundat. Et quis ego sum, qui tantis obligationibus possim satisfacere? profecto vires meæ non suppetunt ad tantum debitum perfoluendum. Quid ergo faciam? decreui in seque illud Senecæ de Ira, qui dicit, quod animus quotidie ad rōnem reddendā enocandus est. Et ideo dicebat Greg. super Ezecl. lib. 1. Homil. 2. quod sicut concussa aqua imaginem insipientis non representat, sed solum cum est quieta; sic anima non deprehendit se, nisi cum est quieta. Cogitavi & meditatus sum post finistros calos meos in mea hac vacatione, opera mea, quæ probari possunt, edere, eorum quæ probari non possunt, nihil attungam, [†] quia vir prudens non

decis. 153. ad intellectum l. excipiuntur, ff. ad Silla quæ dicit de minore supplicium sumendum, quod non sit intelligenda de morte, & sic de ultimo suppliceo, ut quidam minus periti sentiebant: nā tunc verba predicta capiunt mortem, quando additur verbū, ultimum supplicium, text. l. presenti, in princ. C. de his qui ad Eccles. contig. vbi Imperator, ut intelligatur de pena mortis, in causa illius legis, nō est contentus exprimere penam capitalem, vel supplicium, sed addidit, ultiam, cum quibus conuenient Cassian. se coluer. Burg. in princ. fol. 43. num. 5. vbi post Scriben. in c. literis, 17 de Rescript. das intellectum ad gl. in 8. in summa, Inquit de iniur. qui delinuit in quibus casibus dicta gl. procedat in eo quod dicit, quod pena arbitraria extendatur usque ad mortem, declarat etiam nouissime Aym. in conf. 226. Respondeo, cum 14. qui dicit, penam positam iudicis arbitrio ex circumstantia posse considerari, qui etiam dicit, quod pena deportationis hodie non est in usu, sed loco ipsius iuste 18. die bannimentum, & quod loco deportationis, & valeat in-

dex penam arbitriam imponere, & insuper, si pena pablicationis bonorum hodie sit sublata, per Authent. & bona dann. item etiam, quod dicta Auth. sit correta per consil. Regni, Foriudicatorum bona, item per Consilium Regni, Grandis utilitas, quæ volunt, quod quando foriudicatus 19 & non habet filios, vel parentes, quod bona ipsa filio applicentur, sicut notatum supra in decisi. 361. vbi etiam quid vice tute capitulorum Neapol. per quæ bona Neap. non publicantur, si remanent foriudicatis, vel vadunt ad agnatos, & si quis ob delictum efficiatur intestabilis, ultra Scrib. in l. 2. C. qui testam. fac. possunt, declarat Franc. in Rubra. de testamen. in verbo, finitimi. Ex his sit finis meis decisionib. alias extractis, & recollectis in anno 1558. nunc in anno 1595. sub die secundo Februarii, in festo Purificacionis gloriosissime & Beatisimae Virginis Marie, reuiss. cui una cum Dominino nostro Iesu Christo filio, patri, & spiritui sancto, haec gloria, & honor sit in eternum. Amen.

Cesare Virgilius, Iuris Virtutisqua Doctor.

V E N E T I I S, M D C X I I .

Apud Societatem Minimam.

